Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

# In Salvianum lucubrationes aliquot doctorum virorum

Weitz, Johann

Noribergae, 1623

Ad librum VI.

urn:nbn:de:bsz:31-131303

Visual Library

*Cæca impro bitas.*

*Pag. 177.* Cæcæ mentis improbitas.) *Arn. Bonævall. p. 91.* Obſtinati animi excæcata malignitas. *Infra l. 6. p. 214.* Tanta animorum, vel tanta potius peccatorum cæcitas fuit.

*Ibid.* Exue nequitiam.) *Baſilius M. homil.* ἐν λακίζοις *pag.* 214. ἀποδυσάμενος ἕκαστος, ὥσπερ γῆρας ὄφεως, τὴν ἁμαρτίαν. *Inf. ad p.* 348.

---

# Ad Librum VI.

*Regula.*

*Pag. 178.* Regulam diſputandi) *Petron.* Simulque corrupta eloquentiæ regula ſtetit & obmutuit. *Juven. Sat. 3.* Ut præceptori verborum regula conſtet. *Infra lib. 2. ad Eccleſ. Cathol. p. 379.* vivendi regulam dedit.

*Ibid.* Numquid læditur ſcelere perſonali.) *V. N. 1. Triſt. 2. V. 58. & Commentar. Terent. pag. 411.*

*Unus ſæpè nocet multis*

*Ibid.* Achar enim quondam.) *Infra lib. 7. pag. 264.* Jam quidem ſupra dixi ſæpiſſimè, in Dei populo etiam unius facinus peſtem fuiſſe multorum: ſicut ex furto Achar populus ruit, &c. *Prud. Pſych. v. 537.*

*Ibid.* David numerari plebem.) *Item libr. 7. p. 264.* Sicut ex ſancti David numeratione orta eſt mortalitas. *D. Ambroſ. lib. de Apol. David c. 2. Lipſ. Conſtant. 2. c. 17.*

*Pag. 179.* Modicum fermentum.) *Zehner. cent. 3. ad. 84.*

*Pag. 180.* Ne contactu ſuo plurimos inquina-

naret) Qui enim tetigerit immundum, coinquinabitur. Qui tetigerit ſordidum, ſordidabitur: *ut inquit D. Bernhard. lib. de modo rectè vivendi ſerm. 60. Et perquam appoſitè Amphilochius ad Seleucum epiſt. v. 66.*

φεύγειν κελεύω τῶν κακῶν ὁμιλίας,
καὶ τὰς ἐν αὐταῖς ἡδονὰς χρὴ τὸν νέον.
πολλοὶ γάρ εἰσιν, ὥσπερεὶ βοσκήματα
ψώρας γέμοντα καὶ νοσήματός τινος.
οἳ τοὺς νέους πειρῶσι τοὺς ἀπληστέρους
παρατριβόμενοι τῆς ἐν δόλῳ πανουργίας,
ὥσπερ νόσου, θέλουσι τῆς πονηρίας
αὐτοὺς ἀναπιμπλᾶν ὥστε τῇ τῶν πλειόνων
κοινωνίᾳ σφῶν τοῖς κακοῖς ἐπισκοτεῖν
τούτους φυλάττου. καὶ γὰρ, ὡς παύλῳ δοκεῖ.
φθείρουσιν ἤθη χρηστ' ὁμιλίαι κακαί.

*Conſortia prava vitanda.*

*Ibid.* Contactu inquinaret.) *Virg. 3. Æn. de Harpyis v. 227.* Contactuque omnia fœdant immundo.

*Contactus pro contagione.*

*Ibid.* Tripudiare gaudio.) *Gloſſ.* Tripudiatio. χορεία ἱερέως περὶ τὸν βωμόν. *Mamertin. Genetliaco. Max. Aug.* Cuncta gaudio calere, cuncta plauſibus tripudiare.

*Tripudiare.*

*Pag. 181.* Culmen aſcendere.) *Supra lib. 2. p. 49.* In hoc culmen humanæ oſtenditur dignitatis. *Infra in epiſt. p. 317.* Doctrina novæ eruditionis quaſi ſummum ædificii tui culmen orcaſti. *lib. 2. ad Eccleſ. Cathol.* Excellentem eſſe culmine & deſpicabilem vilitate, *Arn. Bonævall.* Ad faſtigiū ſpei & ad ipſum culmen perveniunt charitatis.

*Ibid.* Palmas ſibi ſcelerum vendicare.) *Infra*

*Palmā ſibi vindicare.*

*ep.7. pag.315.* Totius fermè humilitatis & prope omnium officiorum palmam indepti. *Refer huc illud D. Ambroſii hex.3. c.13.* Laurus & palma ad inſigne victoriæ. Lauro victorum capita coronantur: Palma manus victricis ornatus eſt.

Rogo. *Pag.172.* Quæ tandem, rogo, ſpes.) *Formula blande compellantium; cum quid exquiſituri veniunt. Jan. Guilelm. ad Pſeud. Plaut. cap.4. ſupra lib.1. pag.33.* Quam, rogo, majorem eis gubernaculi ſui præſtare curam potuit? *Infra hoc l.p.192.* Quis, rogo, hic error eſt? *Item:* Quod, rogo, hoc malum eſt, aut quis furor? *Et paginâ 200.* Quis, rogo, interfici alterum juxta ſe videt, & ipſe non metuit? *Et pag.223.* Quæ in nobis, rogo, ſpes bonæ frugis eſt? *Lib.7.p.227.* Quis, rogo, ferre poſſit, in homine egeſtuoſo eſſe laſciviam? *Et pag.237.* Et quæ nobis, rogo, ſpes ante DEUM eſt? *Et pag.263.* Quid, rogo, fieri illic prodigioſius potuit? *Et paginâ 227.* Et quæ eſſe, rogo, Romano ſtatui ſpes potuit? *In Ep. pag.301.* Cur, rogo, in me non diligas, quod es? *Et p.307.* Cur, rogo, quod illi quondam affectus pro ſuis obtinuerunt, noſtri non queant impetrare pro nobis? *lib.3. ad Eccleſ. Cathol. p.411.* Cur, rogo, tam infideliter, cur tam impiè? *Et alibi.*

*Voluptas crudelis & ſanguinaria in ſpectaculis.* *Pag.182.* Quod nihil fermè criminum.) *Caſſiodor. lib.5. cap.42.* venationem & ſpectacula, *in quibus homines cum feris decertabant,*

vocat

vocat crudelem & ſanguinariam voluptatem. *Vide P. Fab. 2. ſem. c. 10. p. 147. & quæ ad Symmachum adfert Luretus l. 2. Ep. 46.*

*Ibid.* Summum deliciarum genus eſt, mori homines.) *Cyprian. l. 2. c. 2.* Paratur gladiatorius ludus, ut libidinem crudelium luminum ſanguis oblectet. Homo occiditur in hominis voluptatem, &, ut quis poſſit occidere, peritia eſt, uſus eſt, ars eſt. Scelus non tantum geritur, ſed docetur. Quid poteſt inhumanius, quid acerbius dici? Diſciplina eſt, ut perimere quis poſſit: & gloria eſt, quod peremit. *Adi Lipſ. 1. Sat. c. 12. Prud. 2. in Sym. v: 1090.*

*Ibid.* Expleri ferarum alvos.) *Cypr. ibid. Arnob. l. 2. p. 74. quos adi.*

*Pag. 183.* Circumſpicientium voluptate.) *Pet. Broſſeus in Not. ad Caſſ. p. 399.*

Nubiferæ Alpes.) *Iſidor. Orig. 14. cap. 8.* Alpes propriè montes ſunt Galliæ, de quibus Virgilius, Aërias Alpes. Et dicendo aërias, verbum expreſſit à verbo. Nam Gallorum linguâ Alpes, montes alti vocantur. *Florus lib. 2. cap. 6.* Medias perfregit Alpes; & in Italiam ab illis fabuloſæ altitudinis invitus deſcendit. *Plinius lib. 2. cap. 65.* Haud ignaro (*mihi*) quoſdam Alpium vertices longo tractu, nec breviore L. millibus paſſuum aſſurgere. *Alpes.*

*Pag. 184.* Et pulli adhuc gentilium ſacrificiorum more paſcuntur.) *Cyprian. libro de* *Pulli pub. paſti.*

 *Idolor.*

*Idolor. vanit. M. Minuc. Felix octav. pagin. 59. Feſtus in* Soliſtimum *&* Sonivium. *Peucer. in lib. Divinat. de auguriis, mihi pag. 198. & ſeqq. Prudentius* περὶ στεφ. *10. Cicero lib. 2. de Natura Deorum.*

*Augurium.* *Ibid.* Pennæ volantis auguria.) *Peucerus ibid. pag. 202. b. Cic. 6. Famil. epiſt. 6. Cic. 2. de divinat. Levit. 19, 26. Deut. 18, 10. Sareſber. l. 1. c. 4. pag. 14. & ibid. cap. 12. & 13.* ὀρνεοσκόπον *Zeno Veronenſis hac circumlocutione exprimit:* Qui per varios avium volatus conjecturis inanibus ſtatum plumeæ ſalutis inquirit. *In ſerm. de Jona D. Caſaub. ad Lamprid. p. 363.*

*Penna.* *Ibid.* Pennæ.) *Penna, pro avi,* μετωνυμικῶς. *Propert. 3, 8.*

*Tuq; ô cara mihi, felicibus edita pennis,*
*Surge & poſcentes juſta precare Deos.*

*Ales.* *E diverſo* ales *apud Horat. 1. carm. 6.* pro penna ſeu calamo, *atq; adeò ſtilo accipitur. Guilel. Canter. lect. novar. lib. 6. cap. 12.*

*à Coſſ. anni denominati* *Ibid.* A quibus anni ipſi exordium ſumunt) *Hoc dicitur, quia novo anno illi conſulatum inibant, & nomina præſcribebantur. Caſſiodor. lib. 2. ep. 1.* Felix à Conſule ſumat annus auſpicium, portamque dierum tali nomine dicatum tempus introeat. *Itaq; Conſules dicuntur, inchoare, & pandere annum lib. 1. C. Theodoſ. ne quid publ. lætit. videlicet cum Jano: de quo Ovid. 4. Pont. 4.*

*Ergò*

*Ergò ubi Jane biceps longũ reſeraveris annũ*
*Pulſus & à ſacro menſe December erit:*
*Purpura Pompeium ſummi velabit honoris.*

*Confer eundem 1. Faſt. v. 65. Fr. Juret. ad Symmach. libr. 1. epiſt. 16. Turneb. adverſ. 13. cap. 8. P. Broſſeum ad locum adductum Caſſiodori p. 379. Lipſ. ad Plin. Panegyr. pag. 116. Iterum Poëta Sulmonenſis. 4. Pont. 9.*

*Nam tibi finitum ſummo, Græcine, Decembri*
*Imperium Jani ſuſcipit ille die.*

*Pag. 185.* Foveis intercidere.) *Inf. lib. 7. p. 260.* Adeò omnia penè compita, omnes vias, quaſi foveæ libidinum interciderant. *Mentio hujuſmodi ſtratagematis apud Prudent. Pſych. verſ. 257.* *Foveis interciſæ viæ per ſtratagema.*

*Ibid.* Tribulis infeſtare.) *Videatur Lipſius Poliortet. 5. c. 3.*

*Ibid.* Ita etiam tùm Dæmones multas invita iſta.) *Arnold. Bonævall. pag. 98* Qui (*Satan*) quia in congreſſu non proficit, & ubi manifeſtè agnoſcitur, ilicò vincitur, tendit inſidias; & ſi aliquis torpor irrepſerit ſanctitati, & aliquo modo rigor juſtitię fatigetur & langueat, ſedulus præſtolabitur &c. *Et pag. 80.* Flexibile corpus gyrat draco volubilis, & perplexis innodationibus vagos & improvidos uſque ad labyrinthũ impellit & immerſos tenebris in deſperationis abyſſum concludit. *Vide D. Cyprian. ſerm. 2. initio & D. Bernhard. de interiori domo cap. 47.* *Inſidiæ Diaboli variæ.*

*Ibid.* Cogitationes ſordidæ animum.) *D. Bernh. lib. de Conſcientia tit. de multiplici varietate cogitationum; & tract. de interiori domo c. 38, 39, 40. & 54.*

*Cogitatiões*

*Auditus.*

*Ibid.* Auditus improbi aures) *D. Bernh. de interiori domo c. 43.* Vanus ſermo citò polluit mentem.

*Luſoria.*

*Ibid.* Luſoriis) *Ludorum ſedes, luſoria dixerunt. Lamprid. de Heliogabalo:* Stravit tibi triclinium in ſummo luſorio. *Caſſiodor. ſæpius & Scholiaſtes Juvenalis antiquus. Caſaubon. in Not. ad Lamprid. p. 343.*

*Pantomimus.*

*Ibid.* Pantomimus) *Pantomimus dictus eſt, eò quòd imitetur. Mimi namq; hiſtriones ſunt, & Pantomimi, qui omnes geſtus imitari ſciebant, qui modò hujus, modò illius perſonam ſumebant. πᾶν enim* omne, *& μῖμος* imitator, *dicitur.* Pius Anton. Bartolin. *auctor. cap. 48. Tom. 1. Crit. Gruter. pag. 711. Joſeph. Scalig. ad Manil. mihi paginâ 368. Pantomimum pulchrè hoc verſu deſignavit* Claudianus: *Qui nutu manibusq; loquax. Item pag. 372. Pantomimi geſtu & ſaltu omnia imitantur. Rurſus paginâ 403. Quid ſit pantomimus, explicat* Caſſiodorus libro 1. *Var. ad Albinum & Albienum:* Hanc, *inquit,* partem Muſicæ diſciplinæ mutam nominavere majores: ſcilicet quæ ore clauſo manibus loquitur & quibuſdam geſticulationibus facit intelligi, quod vix narrante linguâ, aut ſcripturæ textu poſſit agnoſci. Primus omnium,

*Muſica muta.*

qui

qui unquam in ſcenam Romanam prodiit, pantomimus, eſt Pylades, ab Auguſto ex Aſia evocatus. *pag. 186.* Salvo pudore) *Mox*: Integro verecundiæ ſtatu. *Item* Honeſtate integrâ.

*Pylades pãtomimorum primus ex Aſia Romã evocatus.*

*Pag. 188.* Mœchantur in theatris) *Paulò antè*: In illis imaginibus fornicationum, omnis omninò plebs animo fornicatur.

*Pag. 189.* Illorum quondam Gigantium) *De Gigantomachia Claudian. Ovid. 1. Metam. v. 150. & 5. Faſt. v. 35. Hom. Odyſſ. λ. v. 322. Heſiodi Theog. v. 27. Horat. 3. carm. 4. V. N. 1. pont. 1. v. 26. Theodor. Epiſc. in Ecloga.*

*Gigantes.*

Pſ.

*Surrexere vir terrâ genitrice creati,*
*Pellere cœlicolas fuit omnibus una voluntas;*
*Mons cumulat montẽ: ſed totũ Mulciber hoſtẽ*
*Fulmine dejectumi Vulcani tranſit in antrum.*

Al.

*Poſteritas Adæ ſummâ Babylonis in arce*
*Turrim conſtruxit, quæ cœlum tangere poſſit.*
*Excitat ira Deum, confuſio fit labiorum;*
*Diſperguntur ibi: nomen non excidit urbi*

*Ibid.* Inſanis conatibus) *Non. Marcell. c. 6. n. 97. Inſaniam non hominibus ſolùm, aut animalibus; ſed & his, quæ ſine anima ſunt, tribuunt. Petron. Perfoſſa dehiſcit Molibus inſanis tellus.*

*Ibid.* Conviciis cædat) *Sic Cicero alicubi*: Verberare aliquem conviciis. *Arnob. lib. 4.*

Ne veſtras aures convicio aliquis petulantiore pulſaret. *Mox inferius*: Injuriis verberare. *lib.8.p.289.* Improbiſſimis flagitioſorum hominum cachinnis & deteſtantibus ridentium ſibilis, quaſi taureis cędebatur.

*Ibid.* Mucrone transfigat.) *Supra l.5.p.175.* Quis cari ſui mucrone jugulatur?

*Pag.190.* Humanæ nativitatis verecundiam ſubiit.) *Vide Tertullian. libro contra Marcion. p.158. Et l.3. p.226.*

*Ibid.* Involvi ſe pannorum crepundiis.) *Cyprian. ſerm. de nativitate Chriſti*: Nulla domus ambitio, niſi reclinatorium in ſtabulo, mater in fœno, filius in præſepio: tale elegit fabricator mundi hoſpitium, hujuſmodi habuit delicias ſacræ virginis puerperium. Panniculi pro purpura, pro byſſo in ornatu regio laciniæ congeruntur. *D. Bernh. ſerm. 3. & 4. in Natali Domini.*

*Chriſti nativitas.*

*Ibid.* Qui cœlum regebat in pannis.) *D. Auguſtin. Tom.10. ſerm.20.* Jacet in pannis; ſed regnat in cœlis: humiliatur in cunabulis; ſed in nubibus tonat. *D. Bernhard. ſerm 3. de Natali Domini*: Adhuc in ſtabulo naſcitur Chriſtus, & in præſepio reclinatur. Et nónne ipſe eſt, qui dicit: Meus eſt orbis terræ, & plenitudo ejus? *Vide eundem ſermone de Paſſione Domini.*

*Paſſio Chriſti.*

*Ibid.* Mundus expavit.) *D. Hieron. in Joël cap. 2. Tom. 6. pag. 29. b. Cyprian. ſerm. de bono patien-*

*tien-*

*tientiæ:* Cùm ad crucem Domini confundantur ſidera, elementa turbentur, contremiſcat terra, nox diem claudat: Sol, ne Judæorum facinus aſpicere cogatur, & radios & oculos ſuos ſubtrahat.

*Pag.191.* Viciſſitudinem reddunt.) *Infra l.3. ad Eccleſ. Cathol. p.411.* Magnificam repenſantes beneficiis ſacris viciſſitudinem. *Ovid. 2. pont.10. & 3. pont.5.* Redde vicem. *Viciſſitudo beneficiorũ.*

*Pag.192.* Chriſtus, quem fleviſſe legimus; riſiſſe non legimus.) *D. Bernhard. ſerm. 4. de Adventu Domini:* Quem & ſuper Lazarum & ſuper civitatem fleviſſe, & in orationibus pernoctaſſe legimus; riſiſſe verò aut jocatum nuſquam. *Et in ſententiis:* Jeſus dicitur ter fleviſſe: in ipſo ortu genus humanum: proceſſu temporis Lazarum: ad ultimum in Jeruſalem futurum caſum.

*Pag.192.* Riſus corruptio diſciplinæ.) *Hinc Monachis hoc præcepti dat ille Stridonenſ. tom.2. in regul. Monachorum pag.199. b.* Non ſit inter vos, quas charitas ſimul unit, fœminalis quædam abuſio; ut undique cachinnis & vocibus aër reſonet, & audientium aures præ ſtrepitu teneantur: ſed cum omni modeſtia ſtantes, unà loquente, cæteræ ſileant. Elegantiſſima de riſus inhibitione ſive coërcitione legere eſt apud D. Bernhard. lib. de modo bene vivendi *ſerm. 65.* *Riſus.*

*Fletus.* *Ibid.* Fletus compunctio eſt animæ) *Bernhard. ibid. ſerm 10.* Compunctio cordis ſanitas eſt animæ: compunctio mentis illuminatio eſt animæ: quia tunc anima illuminatur, quando ad lachrymas compungitur. Compunctio lachrymarum remiſſio eſt peccatorum, quia tunc peccata dimittuntur, quando cum lacrymis ad memoriam reducuntur. Compunctio Spiritum S. reducit ad ſe: quia cum Spiritu S. mens viſitatur, ſtatim homo peccata ſua plorat, &c.

*Abrenunciatio Baptiſmatis.* *Pag. 193.* Abrenuncio Diabolo, pompis.) *B. Hieron. Tom. 2. ad Demetriad. p. 30. a.* Nunc autem quia ſeculũ reliquiſti, & ſecundo poſt Baptiſmum gradu, iniſti pactum cum adverſario tuo, dicens ei, renuncio tibi diabole, & ſeculo tuo, & pompæ tuæ, & operib. tuis, ſerva fœdus, quod pepigiſti; & eſto conſentiens, pactũq; cuſtodiens cum adverſario tuo, dum es in via hujus ſeculi; ne fortè tradat te judici, & te de ſuo aliquid uſurpaſſe convincat; tradariſq; miniſtro, qui ipſe eſt & inimicus, & vindex, & mittaris in carcerem, & in tenebras exteriores, &c. *Vid. Rhen. ad Tertull. lib. de corona militis, pag. 502, ubi Baptiſmalium ceremoniarum catalogum ex libr. 6. Burchardi Wormacienſis recenſet.*

*Principali nõ conſiſtẽte omnes acceſſiões corruũt* *Pag. 194.* Nihil enim ſequens ſtat, ſi principale non ſteterit) *Goclen. parte Critices, p. 18.* Si enim fundamentum, ſeu quod ſubſternitur ædi-

ædificio, ſit σαπρὸν: ſubſiſtere non poteſt quod ei ſuperſtructum eſt.

*Pag.194.* Membra ſine capite nihil proſunt) *D. Bernhard. ſerm. 1. in capite jejunii. Sic mox Salvian.* Sine capite nihil conſtat. *Et D. Ambroſ. lib. de Noe & arca cap. 7.* Ex capite, *inquit*, ſenſus omnes ad cęteras partes corporis tranſfunduntur &c. Quid robur & validitas lacertorum proficiat? quid velocitas pedum? niſi capitis, velut principis ſui, imperialis quędam adminiculetur poteſtas? Ex hoc enim aut deſtituuntur univerſa; aut omnia fulciuntur. *Vide eund. hexaëm. l. 6. c. 9.*

*Ibid.* Ad exordium ſui cuncta reſpiciunt.) *Origo rei.* *Comm. Terent. p. 503. D. Hier. tom. 2. ad Demetriad. pag. 11.* Ibi te maximè oportet obſervare peccatum, ubi naſci ſolet; ſtatimq́; ad primam tentationis repugnare faciem; & malum, antequam creſcat, extinguere. Nec enim expectandum eſt augmentum ejus rei, quæ timeri debet à parvo; & quæ tantò facilius vincitur, quantò ei citiùs repugnatur. *D. Bernhard. in Annunciation. Mariæ, ſermon. 1.* Certum eſt ad ſuam originem univerſa, quantum in eis eſt, tendere, & in eam ſemper partem eſſe procliviora.

*Pag. 195.* Spei ac ſalutis excidium) *Supra* *Excidium.* *lib. 5. pag. 160.* Continuum exactionis publicæ pati excidium.

*Pag.*

*Treverorum urbs.* *Pag. 197.* Treverorum urbe excellentiſſimâ.) *Inferius p. 212.* Urbs Gallorum Trever opulentiſſima, item in Gallorum excellentiſſima urbe. *Plin. l. 4. cap. 17.*

*Labes.* *Pag. 199.* Labes morum.) *Inferius hoc libro pag. 201.* Ludicrorum infamium labes agi. *lib. 3. pag. 87.* Aliquâ verecundiâ atque exiſtimationis ſuæ labe multari. *Iterum inferius h. l. p. 223.* Inveterata in nobis malorum omnium labes. *Lib. 7. pag. 234.* Labes familiarium. *& pag. 265.* mollities paucorum labes eſt plurimorum. *Item pag. 271.* Noſtrarum turpitudinum labes, *& pag. 275.* Variâ inſaniarum labe furioſus. *Præfat. libbr. ad Eccleſ. Cathol. pag. 322.* Labes pervenit, &c. *Ibid. lib. 1 p. 327.* Tetrior labes filiorum conficit. *Et p. 351.* Valetudinis labem uſque ad dies ultimos trahere.

*Pag. 201.* Qui mulierem viderit.) *Lege hîc D. Hieronym.*

*Mores.* *Ibid.* Morum tenere menſuram.) *Vide inf. libr. 7. pag. 267. Mores autem ipſæ ſunt virtutes aut diſciplinæ. Cato libr. 1. diſtinct.* 38. Maxima enim morum ſemper patientia virtus. *Petron.* Morem frugalitatis, lege calleat exactâ. *Barth. ad Cirin. Virg. v. 19.*

*Cumulus ſeu Acervus.* *Pag. 202.* Cumulus divitiarum.) ἀγαθῶν σωρὸς, ἢ χρημάτων. *Eraſm. adag.* Acervus bonorum.

*Ibid.* Sed in cordibus habemus.) *Comm. Terent. p. 321. Inf. p. 345.*

*Pag.*

*Pag. 203.* Semper enim per dignitatem injuriam patientis.) *Vid. D.Rittershuſ.ad ep.179. l.4. Iſidor.Peluſ.*

*Pag.203.* Oza ille Levites.) *D.Hieron.Tom.4. de tradit. Hebraic.p.117.b.* Juſſerat idem Aminadab. duob.filiis ſuis Oza & Ahio, ut portarent arcam Domini humeris ſuis, & quia neque ipſi eam portaverunt, neque Chaatitibus ad portandum dederunt, idcircò Oza multatus eſt morte. Fuit enim peccatum in non portando, in ſuſtinendo arcam, jam pœna peccati. Diviſio enim Oza traditur, quòd aruiſſet brachium ejus & humerus, ubi arca Domini portanda erat, & in illius loco diviſio quædam facta eſt. *Et Tom.1.pag.105.b.* Oza Levites arcam Domini, quam portare ipſe debuerat, quaſi ruentem ſuſtentare voluit, & percuſſus eſt. Quid de te futurum putas, qui ſtantem arcam DOMINI præcipitare conatus es? *Ozæ Levitæ temeritas, punita.*

*Pag. 204.* Ne multi per incautelam.) *Juxta illud quod ſcriptum eſt:* Peſtilente flagello ſtultus ſapientior erit. Erudiunt enim bonos exempla pejorum. *D.Hier.in Ezech.c.47.* *Pœnarum uſus.*

*Pag.205.* Per riſum operatur ſcelus.) *Ibidem D.Hieron.* Stultus eſt, qui gaudet in ſcelere. Riſus autem dolore miſcebitur: & gaudia peccandi pœna ſequetur ultionis. *Gaudium in ſcelere.*

*Pag.206.* Furoris in caveis.) *D.Hieronymus in vita S.Hilarionis:* Non in Circi furoribus, *Spectaculorum inſania*

non

non arenę ſanguine, non theatri luxuriâ delectabatur. *Ubi videantur plura, & Eraſ. in ſchol. Tert. apol. c. 38.* Nihil eſt nobis dictu, viſu, auditu, cum inſania Circi, cũ impudicitia theatri, cũ atrocitate arenæ, cum Xyſti vanitate. *Idem l. 1. contra Marcion.* Quid non frequentas tam ſolennes voluptates Circi furentis, & caveæ ſævientis, & ſcenæ laſcivientis? *Sic Salv. p. 209.* Et Eccleſia Carthaginenſis inſaniebat in Circis, luxuriabat in theatris &c. *Et p. 222.* Circorũ inſanias fugimus, fœditates theatralium ludorum exſecramur. *Et ibid.* ad inſanias convolatur, in theatris populus diffunditur, in Circis plebs tota bacchatur. *Leg. Tert. l. d. c. 15.*

*Pag. 207.* Secundarum rerum proſperitate corrumpimur) *Supra l. 1. p. 7. & paulo poſt h. l. ibi*: Sed videlicet qui corrumpimur rebus proſperis &c. *& inf. p. 223.*

*Pagina 208.* Materia vitiorum.) ὕλην ἁμαρτημάτων *Baſil. M. p. 159.*

*Pag. 208.* Inundarunt Gallias gentes barbaræ) *Eodem pacto Cicero*: C. Marius influentes in Italiam Gallorum copias repreſſit. *Nam* χέειν εἰσχέειν, *& quæ hujus ſunt notæ, ſignificanter de copiarum impetu dicuntur. Homerus*: οἱ δὲ κατ᾽ αὐτὰς ποιητὰς ἐσέχυντο πύλας. *Cæſar lib. 5. de bello Gall.* Cum equitatus noſter liberius prædandi vaſtandique cauſa ſe in agros effunderet. *Petr. Victorius Var. lect. l. 18. c. 28. Dan. Vechner. hellenolex. lib. 2. c. 4.*

Pag.

*Pag. 209.* Exitialibus malis) *Mox*: Ex duobus lethalibus malis.

*Ibid.* Sardinia ac Sicilia) *V. N. ad Prudent. 2. in Symmach. verſ. 942. Juret. ad Symmach. lib. 9. epiſt. 39. pag. 214. Florus lib. 4. cap. 2.* Siciliam & Sardiniam annonæ pignora appellat. *Lucan. lib. 3.*

*Ibid.* Ad præſens) *Goffrid. Vindocin. l. 5. ep. 20.* *Ad præſens.* Hanc ad præſens remunerationem quæro. *Ibid ep. 18.* Cùm ad præſens ad partes veſtras venerimus. *Et alibi.*

*Ibid.* Circumſonabant armis muros) *Ovidius 4. triſt. 10.* *Circumſonari armis.* Hîc ego finitimis quamvis circumſonor arms. *5. Triſt. 4.* Nunc procul à patria Geticis circumſonor armis. *3. Tr. 14.* pro libris arcus & arma ſonant.

*Pag. 211.* Domi nobiles) *Tiraquell. de. Nobil. cap. 37. n. 154.*

*Pag. 211.* Vinolentiâ diſſoluti) *Inf. l. 7. p. 259.* *Vinolentia.* Vinolentiâ temulentus.

*P. 212.* Anguinum illud monſtrum) *Hydra* *Hydra.* *Lernæ alumna; de qua ad Prudent.* περὶ στεφ. *10. v. 884. Ovid. 9. Metam. v. 69.*

*Pars quota Lernææ ſerpens eris unus Echidnæ?*
*Vulneribus fecunda ſuis erat illa; nec ullum*
*De centum numero caput eſt impunè reciſum;*
*Quin gemino cervix herede valentior eſſet.*

*Ibid.* Rerum ruina) *Inferius paulò*: Si rui- *Ruina.* nam rerum ſuarum paſſi ſunt,

*Ibid*

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

*Ibid.* Rabidâ vivi aviditate.) *Supra l. 4. p. 133.* Qui ejus rebus ſiti rabidâ inhiaverat. *Inf. lib. 7. p. 255.* rabiem cupiditatis dixit.

*Cæcitas fatalis.*

*Pagina 214.* Providentia ab eo tollitur.) Ἀρχὴ δὲ τῆς βλάβης, ἡ τοῦ νοῦ διαστροφή, ὅπερ ἐστὶ δεινοτάτη τῶν τιμωριῶν, ὅταν ἡ θεία ὀργὴ ἐξαφαιρῆται φρενῶν τὸν νοῦν τὸν ἐσθλόν, εἰς δὲ τὴν χείρω τρέπῃ

γνώμην, ἵν᾽ εἰδῇ μηδὲν ὧν ἁμαρτάνει,

κατὰ τὴν τραγῳδίαν. *Cl. Camerar. in hypomnem. Theog. v. 401. Et Scholion ad Sophocl. Antig. v. 637.*

ὅταν δ᾽ ὁ δαίμων ἀνδρὶ πορσύνῃ κακά,

τὸν νοῦν ἔβλαψε πρῶτον, ᾧ βουλεύεται.

*Quod recitat etiam Athenagoras apol. pro Chriſt. pag. 33. vid. Dom. Baudium in gnom. jamb. lib. 1. verſ. 6.*

*Pag. 215.* Hæc fuerunt fortaſsè.) *Catull. de phaſelo:* ſed hæc prius fuere.

*Ibid.* Plagis cœleſtibus vaſtatur.) *Supra hoc libro pag. 205.* Plagis cœleſtibus verberatur. *Infra hoc lib. pag. 219.* Graviter plagis cœleſtibus cædi.

*Buſtum.*

*Ibid.* Omnis civitas buſtum eſſet.) *Cicero in Piſon.* Buſtum Reipubl. *Et* buſtum legum omnium ac religionum. *Apud Ovid. 6. Metam. v. 667. Tereus, poſtquam abſumſiſſet filium Ityn, ſe vocat buſtum miſerabile nati. Adi P. Fabrum 1. Semeſtr. cap. 8. & 9.*

*Ibid.* Impreſſa altius vulnera.) *Mamertin. panegyr. Jul. Imp.* Oris nitorem altè impreſſis cicatricibus devenuſtare. *Cyprian. ſerm. 5.* plaga lethalis altis & profundis viſceribus infixa.

*Pag.*

*Pag. 216.* Avibus canibusq; laniata.) *Hinc apud Homerum illa:* ἑλώρια τεῦχε κύνεσσι. καὶ κυσὶ μέλπηθρα γενέσθαι. *P. Fab. 3. ſem. c. 13.*

*Ibid.* Rerum indignitatem.) *Infra l. 7. p. 271.* Rerum indignitate compulſus. **Indignitas rei.**

*Pag. 217.* Sors pejor ac durior.) *Ita Ovid. 5. triſt. 13.* Sorte nec ullâ meâ triſtior eſſe poteſt: *E diverſo ibid. 5.* Heu quantò melior ſors tua ſorte meâ eſt! **Sors.**

*P. 218.* Ubiq; imago mortis.) *Ovid. 1 triſt. 11.* Quocunq; aſpexi, nihil eſt niſi mortis imago: *vid. D. Hier. Tom. 1. ep. 3. ad Heliodor.* **Imago mortis.**

*Ibid.* Nigra eſt civitas.) *Color niger ſemper pro luctûs indicio habitus; uti contrà albus pro ſigno lætitiæ. Oſtendit Aſtrampſychus hiſce ſenariis Oniocriticis:* **Color albus vel niger.**

λευκὴν στολὴν κάλλιστον ἐν ὕπνῳ φέρειν.
στολὴν φορεῖν μέλαιναν, οὐ καλὴ θέα.

*Omen bonũ in ſomno eſt amictus candidus;*
*Geſtare amictũ atrũ haut bonũ ſpectaculũ.*

*D. Baſil. concione II.* οὕτως οἴονται προσήκειν καὶ τῷ πενθοῦντι πρέπον εἶναι σχῆμα, μέλαν ἱμάτιον. *Plura Radulph. Forner. 2. rer. quotidian. c. 27. Joh. Kirchman. de funerib. Rom. l. 2. c. 17.*

*Ibid.* Irritas.) ἐρεθίζεις.

*Pag. 219.* Aliis per amara.) *Ovid.* **Amari ſucci.**

*Sæpè bibi ſuccos, quamvis invitus, amaros:*

Item:

*Sæpè tulit feſſis ſuccus amarus opem.*

*D. Chryſoſt. Dei animadverſiones in nos atq; ſupplicia, partem beneficiorum maximam conſtituere*

*docet: ac tum quoq; benigniter leniterq; nos habere cũ nos coërceat; exemplo medici adhibito, ſic fere:* οὐκ εὐεργετῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ κολάζων, ἀγαθός ἐστι καὶ φιλάνθρωπος ὁ θεός. καὶ γὰρ αἱ κολάσεις αὐτοῦ, καὶ αἱ τιμωρίαι, μέγιστον εὐεργεσίας μέρος εἰσίν. ἐπεὶ καὶ ἰατρὸς οὐχ ὅταν εἰς παραδείσους καὶ λειμῶνας ἐξάγει τὸν κάμνοντα μόνον, οὐδ᾽ ὅταν εἰς βαλανεῖα καὶ κολυμβήθρας ὑδάτων. ἀλλὰ καὶ ὅταν ἄσιτον κελεύῃ διαμεῖναι, ὅταν τέμνῃ, ὅταν πικρὰ προσάγῃ φάρμακα, τότε καὶ ἰατρός ἐστιν ὁμοίως, καὶ φιλανθρωπίαν ἐπιδείκνυσι πλέον. *Stob. ſerm. 17.*

***Medicina Dei.***

*Ibid.* Quoſdam curant cauteriorum aduſtione) *Baſil. M. homil. Deum non eſſe cauſam mali. p. 162.* ὡς οὖν εὐεργέτης ὁ ἰατρὸς κἂν πόνους κἂν ἀλγηδόνας ἐμποιῇ τῷ σώματι. τῇ νόσῳ γὰρ μάχεται οὐχὶ τῷ κάμνοντι. οὕτως ἀγαθὸς ὁ θεὸς ὁ τὴν σωτηρίαν τῷ παντὶ διὰ τῶν μερικῶν κολάσεων διοικούμενος. σὺ δὲ τῷ ἰατρῷ μὲν, οὐδὲν ἐγκαλεῖς, τὰ μὲν τέμνοντι, τὰ δὲ καίοντι, τὰ δὲ παντελῶς ἐξαιροῦντι τοῦ σώματος. ἀλλὰ χρήματα σὺ ἀποτελεῖς, καὶ σωτῆρα προσαγορεύεις, ὅτι ἐν ὀλίγῳ μέρει τὴν νόσον ἵστησι, πρὶν εἰς ὅλον τὸ σῶμα τὸ πάθος διαχυθῆναι. *Et mox addit:* ὥσπερ οὖν τῆς τομῆς ἢ τοῦ καυτῆρος, οὐχ ὁ ἰατρὸς αἴτιος, ἀλλ᾽ ἡ νόσος. οὕτω &c.

***Cauteria medicorum.***

*Caſſiodori eadem ſententia & mens lib. 12. ep. 3.* Ægris non una cauſa ſalutis eſt: alter cibis reficitur; alter per abſtinentiæ beneficia tenuatur; hic lavacra mollia; ille ferrum quærit ad vulnera, & varium poſcit remedium diverſitas qualitatum: Sic qui populis, &c.

***Remediorũ varietas.***

*Ibid.* Malagmatum) *Confer Iſidorum orig. 4. cap. 9.*

*Ibidem:* Refovet) *P. Fab. 3. Semeſtr. cap. 17. pag. 257.*

*Paginâ 220.* Solent quippe etiam nequiſſimos ſervos.) *Commentar. Terent. pagin. 573. Rectè proinde ſcribit Theano ad Calliſtonem:* ἔστι δὲ, ὦ φίλη, μέγιστον ἐπὶ δουλείᾳ εὔνοια· αὕτη γὰρ οὐ συναγοράζεται τοῖς σώμασιν ἡ κτῆσις, ἀλλ' ἐξ ὑστέρου γεννῶσιν αὐτὴν οἱ συνετοὶ δεσπόται, &c.

*Ibid.* Beneficia ſubmittunt.) *veluti canes objecta offâ*

*Pag. 221.* Dono divinitatis) *Ita de Cicerone Quintilian. lib. 10. cap. 1.* Dono quodam providentiæ genitus. *Cic. 4. Philip.* Quaſi Deorum immortalium beneficio & munere datum.

*Ibid.* Et recipiant vicem munerum munerantes) *Tritum eſt:* δός τι, καὶ λαβέ τι. *Vulgò dicitur, quòd munera hamos imitentur. Ea ſalſè, ut ſolet, Martialis perſtringit:* *Munera.*

Munera magna quidē miſit: ſed miſit in hamo
Et piſcatorem piſcis amare poteſt.

*Ibid.* Mixtis cum fletu gaudiis) *V. N. ad l. 2. Victorini Maſſil. v. 400. & Ambroſ. lib. de exceſſu fratris, cap. 1. Lucan lib. 9.* Non aliter manifeſta putans abſcondere mentis Gaudia; quàm lachrymis. *Elegantiſſimum habemus locum de talis modi lachrymis apud Achill. Tatium lib. 6. pag. 148. &c. qui quia prolixior, transſcribi hûc nequit. Ariſteas l. de legis divinæ translatione pag. 77. de Ptolomæo:* προήχθη δακρῦσαι, τῇ χαρᾷ πεπληρωμένος. ἡ γὰρ τῆς ψυχῆς ἔντασις, καὶ τὸ τῆς τιμῆς ὑπερτεῖνον, δακρύειν ἀναγκάζει κατὰ τὰς ἐπιτυχίας. *V. Camerar. problem.* κλαυσίγελως

*Pag.* 222. Vultum feſtivitatis induimus.) *Hoc libro paulo antè:* Et tu vultum feſtivitatis uſurpas.

*Ibid.* Ad inſanias convolatur. (*Terent. prol. Hecyr.* Populus convolat.

**Eſſe, pro vivere.**

*Pag.* 223. Niſi ut omninò non ſimus.) *Eſſe.* εἶναι, ἀντὶ τοῦ ζῆν. *Vivere, eſſe, ſupereſſe, ſuperare, advivere, vitam tractare, vivendo condere ſacla. veſci aurâ ætherea. Prudent. præfat. Cathem:*

Per quinquennia jam decem,
Ni fallor, fuimus.

*Ibi gloſſa.* Viximus. *Infra lib. 3. ad Eccleſ. Cathol. pag.* 434. Hoc eſt enim ex rebus humanis penitus excedere, totum omninò cum ſuo corpore hominem in præſentia humanarum rerum eſſe deſiiſſe. *Itaq;* non eſſe *valet extinctum eſſe. Barth. ad Cirin. v. 91. Hinc origo illius quod de defunctis dicebant,* FUIT. *Plautus. Captiv.* Nunc illud eſt, cum me fuiſſe, quàm eſſe, nimiò mavelim. *Et Trucul. 1, 2.* Ita penè tibi fuit phroneſium. *Grut. 1. ſuſpic. 14.*

**Fuiſſe, pro mortuũ eſſe.**

**Uſura.**

*Pag.* 224. Lucis uſuram.) *Uſura idem quod uſus. Lucis uſuram alicui eripere, id eſt, occidere. Priſcian. lib. 11. pag. 923. edit. Putſch.* Sunt alia eadem & Nomina & Participia, ut uſura, ἡ χρησομένη, καὶ ὁ τόκος ἤτοι ἡ χρῆσις.

## AD LIBRUM VII.

*Romani quõdã victores.*

*Pag.* 225. Cùm Romani quondam pagani & vicerint & regnârint.) *Hac de re differentem*